

Die folgenden Biographien sind eine Auslese aus der Handschrift des Michael Stöcklein, da nach dem Plane der Quellensammlung nur die im heutigen Großherzogthume Baden Geborenen aufgenommen werden konnten. Bei denjenigen Lebensabriffen, welche für die Geschichte des Klosters oder für die Kenntniß der damaligen Zustände von Wichtigkeit zu sein scheinen, war die Aufnahme ebenfalls geboten. Bei dieser Auswahl von Biographien konnte aber auch nicht die Reihenfolge, wie sie in der Original-Handschrift befolgt ist, beibehalten werden. Man mußte Rücksicht auf die chronologische Aufeinanderfolge der Verfasser nehmen und die Lebensabriffe in Abtheilungen bringen. Zu diesen eignete sich die Eintheilung in: vitae abbatum und vitae religiosorum, welche in der Original-Handschrift selbst durchgeführt ist. Deßhalb folgen nach der Einleitung des Angelus Hebenstreit zuerst die vitae abbatum, hierauf die vitae monachorum et fratrum. Die ersteren sind von verschiedenen Verfassern, die letzteren ebenfalls. Deßhalb war es nöthig, bei den einzelnen Lebensabriffen die betreffenden Verfasser, soweit dies möglich ist, anzugeben. Wo dieses nicht geschah, sind P. Joseph Müller und Michael Stöcklein als die Verfasser zu betrachten.

#### Religiosa propago Speciosae Vallis,

sive nomina abbatum et religiosorum quorundam immediati, imperialis et exempti monasterii Speciosae Vallis sancti et exempti ordinis Cisterciensis, quae ex documentis colligere licuit. (Nam plurima a primis quidem saeculis temporum iniuria [forsan et incuria] oblitteravit.)

[fol. 92<sup>a</sup>.] Ad lectorem Speciosae Vallis. Quod sisti tibi quasi rediviva vides, post saeculorum decursus, patrum ac fratrum tuorum, religiose et pie lector atque confrater, nomina et praeter nomina vix quidquam, aut certe non multa, miraberis forsas. At vero, ne pariter nomina ac quorundam tituli laborum virtutumque una cum gestis et praeclare multis indubie actitatis, perpetuo apud posteros involverentur silentio, religiosa compulsi caritas, sincera erga majores affectio piaque incitavit aemulatio, ex centenis paucorum refricare memoriam et in filiis ac generationibus futuris parentum nunquam intermorituram plantare recordationem. Sane ridere aut succensere poterit iure nemo, a filiis atque haeredibus, hac qualicumque memoria parentari majoribus nostris optimosque sic honorari parentes, qui ad mentem rēduxerit, laudabilem istam consuetudinem in cunctis fere bene institutis familiis, etsi naturae solum imbutis

legibus, a multis retro annorum centuriis inolevisse constantique usu perdurasse. Naturae ductum ipsius porro autor lege firmasse visus est, populo sibi primo genito iniungens, ut in familiarum conservationem defuncto fratri superstes semen excitaret atque adeo successionem continuaret, ne prioris memoriam stirpis excidere tribuunque paulatim cum intereptione memoriae propagationem contingeret interire. Et quidem non carnalis tantum resuscitationis praecepto Israëliticus inhaesit populus, sed praeterea magna cum diligentia tribuum, familiarum et generationum successionem ordinemque ac nomina in tabulas tum publicas, tum privatas collegit; quod cum ex variis divinarum litterarum textibus, tum ex Josepho Eusebioque, Caesariensi, liquido constat. Etenim ille agens contra Apionem lib. 1. scribit (saltem quantum ad genus spectat sacerdotale) inviolatas duorum millium annorum apud Iudaeos gentiles suos remansisse sacerdotum genealogias easdemque ex antiquis libris iterum novas esse descriptas\*. Eusebius vero, qui familiarum nomina apud Hebraeos in tabulariis servari asserens lib. 1. c. 7. suae historiae, postquam dixisset (etsi in hoc contrarius Josepho) ab Herode eiusmodi libros igni traditos, haec subiungit: „erant tamen nonnulli antiquitatis replicandae studiosi, qui nomina auctae stirpis vel renitentes memoria vel ex scriptis annalibus promentes, privatim sibi indices eorum conficiebant magnopereque propterea gloriabantur, quod ipsorum nobilitas ita foret ad posteritatem reservata. Inter quos erant tum, qui generis cognationem, quo Christo salvatori conjungebantur, ex domini tribu et familia orti etc. tum, qui ex Nazaris et Cochaba Iudaeorum pagis prognati etc. istamque genealogiam a nobis supra commemoratam etc. partim ex libro annalium sive dierum sumentes, partim complectentes memoria, aperte quoad poterant explanarunt etc.“ Haec Eusebius, nec omnino incongrue (servata analogia) ad rem nostram: nonnulli quippe (et cum primis laboriosus et nunc emeritus\*\* religiosae palaestrae miles et senii nostri decus rev. pater Bartholomaeus Kremer) quibus monasterii acta et monumenta plenius perspecta fuere,

\* Aus dieser Stelle könnte man vermuthen, daß Hebenstreit B. Kremer's series abbatum abgeschrieben habe.

\*\* Diese Vorrede ist also vor 1661 verfaßt, in welchem Jahre Bartholomäus Kremer starb. Wahrscheinlich aber ist sie kurz vor dessen Tod, etwa 1658—60 geschrieben. Nach den Worten: nonnulli quippe und quibus muß man schließen, daß Hebenstreit auch noch die historischen Arbeiten der Vorgänger des B. Kremer gekannt habe, aber ihre Namen nicht wußte. Ich vermuthete, er habe hier die Schreiber der Necrologien gemeint.